



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. In quibus rebus sit lucrum turpe & inhonestum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

rari ad tempus, in futuro tamē benedictione carebunt. Ideò dicit Dauid Psal. 36. Melius est modicum iustum super diuitias peccatorum multas, id est, quàm diuitias cum peccato acquisitas.

Secundò, sunt multæ species turpis lucri, est enim primò vsura, est rapina in bello, & in via, est furtum occultum in vendendo falsas merces: est lucrū fallax, monete, est preciū lupanaris. Summa, est omne lucrum quod cum peccato acquiritur & iniuste: de illo viuitur, coram Deo est peccatū. Est primò vsura, soluentium debitum & mutuū, nihil ampliùs debet, iuxta Christi præceptū Mat. 5. mutuū dantes, nihil inde accipiant. Vult enim Deus exerceri & ostendi charitas erga proximū. Igitur si quid vltra mutuū exigitur, vsura & peccatum est. Nam dicitur Deut. 23. Fratres mei, absq; vsura mutuabis id quo indiget. Et Dauid benedicit eum, qui non dedit pecuniam ad vsuram, Psal. 14. Est ergo hoc turpe lucrum, viuere de vsura. Deinde, viuere de rapina ex bello conquisita, iniustum bellum bello. Iusta enim bella gerentes, fiunt veri Domini rerum quas capiunt: & ideò res captas iniuste tenent. Sunt autem iusta bella quæ suscipiuntur à legitimis potestatibus ad propulsandam iniustam viam, vt contra Turcam seu latrocinium, quandò quis occidit aut spoliat alieni principis subditos sine causa: vel cū suscipiuntur ad puniendum manifestum scelus alicuius populi aut principis, vt Israelites mouerunt bellum ad puniendā tribū Benjamin propter stupratā Leuitæ coniugē, Iudic. 19. Nam Deus deò constituit magistratus, vt depellant latrocinia, puniant manifesta delicta, Rom. 13. bellum itaq; gerere iustum est. Cū bellum sit vna ex acerbissimis pœnigis, quibus Deus mundū punit, pleraq; accidunt bellis atrocia, quā exacta iustitię norma postulat in mediū in his actionib. accuratè institui potest. Attamen si principalis causa est iusta, sciat quoq; bellum militari

militari
fidere
necess
delita
ma, vt
bus au
1. Cor
de tur
lorum
quod
rem p
prohil
auarit
quide
tamen
ferè n
ria pe
nonnu
mos lu
aleas c
turpi l
suum
lo, fra
sapien
labor
vbi de
princi
tur de
sti & l
fecerit
nones
tali tu
Deus
modò
recent
fenta

militiam suam esse iustam, & res occupatas rectè possidere. Cæterùm miles, si pius est, non suscipiet nisi necessaria bella, moderabitur non necessariam crudelitatem, sicut Luc. 3. præscribitur militibus norma, vt sunt contenti stipendijs suis, &c. De raptoribus autem & spoliatoribus in via, Apostolus inquit 1. Cor. 6. Rapaces regnum Dei non possidebunt. Sic de turpi lucro viuunt lufores aleæ, chartarum, taxillorum, qui aut dolo, aut vi, aut metu decipiunt alios, quod est contra præceptum Dei, Non concupisces rem proximi tui. Sic qui de vadio lucrantur. Deus prohibet omnem auaritiam, id est, omnem speciem auaritiæ. Ideò tales tenentur ad restitutionem. Leges quidem concedunt ludos recreandi gratia animi, at tamen sine fraude & dolo ac peccato, quod rarò aut ferè nunquàm fit, fieri debent: nam ibi oriuntur varia peccata, ira, odium, blasphemia, verba ociosa, & nonnunquàm cædes. Videant itaque & illi, qui domos lusoribus concedunt, & qui taxillos, chartas & aleas cum ingenti copia parant, vendunt, & ex hoc turpi lucro viuunt. Felix autem homo, qui panem suum in lætitia conscientie manducat, id est, sine dolo, fraude, & peccato, & sine detrimento proximi, vt sapiens in Eccles. 5. cap. inquit, Fruatur lætitia ex labore. Sic turpe lucrum reperitur in falsa moneta, vbi decipiuntur simplices homines, & depilantur principes ac diuites: ipsi verò falsi monetarij ditantur de tam turpi lucro, quod est contra regulam Christi & legem naturæ: Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Est quoque lucrum meretricium, ex quo leones aut copultrices viuunt, & ipsæ meretrices de tali turpi lucro sæpè maximè ditescunt, cum tamen Deus omnem fornicationem prohibuerit: sed quomodo possunt omnes species turpis lucri in mundo recenseri? Est igitur graue peccatum, vitam suam sustentare de tali turpi lucro.

R. 5

Tertiò